

Dñica tertia post trinita.

Sic et christus pbat quemlibet et querit ab eo. si comisit aliquod peccatum vile. de quo non est confessus et illud celat et occultat infirmitatem spirituale. et sic eum non admittit nisi curetur idcirco obmissis et exclusis istis impedimentis. unusquisque curet se. pbabilem nouiciu se exhibere. ne a pessione dei confusibiliter reprobetur. **Juxta illud. ij. Timo. ij. Sollicite cura teipsum pbabilem exhibere deo operarium in confusibilem. recte tractando verbum veritatis. Et qui falsus inuentus fuerit faciet suam pessionem finali iudicio terminato. dicēs illud Deuē. xxvj. Profiteor hodie coram domino deo q̄ ingresus sum in terram. p qua iurabit patribus nostris**
Tertio probat de homines quos emit sanguine suo precioso sicut pbatur baccalari⁹ an magistrationem. Ite enim antequā incipit magistrum pbatur tribus modis. videlicet in legendo. opponendo. et respondendo. habet enim necesse legere cursorie aliquid vñ volumē sue facultatis ad minus. **Sic et nos primo debemus legere ante professionem volumen consciētie nostre. Solidus est scholaris et cleric⁹ qui nescit legere scripturam suam et opus suum. Sic fatu⁹ censendus est homo qui nescit in libro consciētie sue legere scripturam peccatorum suorum et opus suum malum. ideo dicit apostol⁹ ad Gal. vi. Opus autem suum unusquisque probet. et sic in semetipso habebit gloriam. Secundo debemus opponere et arguere per iustam correctionem proximorum et pncipaliter ad prelatos pertinet et i casu ad omnes. Iux illud Matth. xviij. Si peccauerit in te frater tuus. vade corripe eū inter teipsum. sed cuilibet dicitur Sap. i. Probata virtus corripit insipientes. Tercio debemus respondere per gratiarum actionem. Iux illud Thessal. v. In omnibus gratias agite. et qui hoc compleuerit dignus est gradu magistrali. exemplo Thobie qui in se fortiter et denote cōpleuit peccata sua confitendo. vixorem corrigendo. et deo pro cecitatis flagello gratias agendo. Et ideo sibi dictum est quia acceptus eras deo necesse fuit vt temptatio probaret te. **Quarto. pbat christus redemptos sicut pbatur denarius diligenter ante solutionem quantitatem pond⁹ et imaginem pensat. Et si in aliquo loco defecerit nō est moneta regalis. nec recipienda. Moraliter quantitas est equitas. pondus est charitas imago est veritas. Equitas ad proximum. charitas ad deum. veritas aut ad seipsum. Unusquisque a deo accipit denarium mutuo. i. aīam rationalem habentem imaginem regis. et in die mortis est tempus solutionis. tunc oportet denarium redere et christo offerre. Juxta illud quod dicit an-****

gelis **Matth. xxij. Afferte mihi denarium. Et certe nisi hec tria predicta. s. quantitatem. pond⁹ et imaginem. in eo inuenerit reprobat. Juxta illud Hierē. vi. Argentum reprobū vocate eos quia dñs proiecit eos. Si vero illa habuerit dicit christus illud Gen. xliij. Pecuniā quā dedi- stis mihi habeo pbata. Et tunc verificabitur de nostro denario illud ps. xj. Argentum igne scz charitatis examinatū. pbatum terre. i. terra nihil habens terrene cupiditatis. purgatū septuplum. i. a septēz peccatis capitalibus vitijis que sunt radices vniuerse iniquitatis. Tale argentum concedat nobis sancta trinitas pater et filius et spiritussanctus amen.**

Dñica tertia post trinitatis. Sermo. i.

Sobrii estote et vigilate. Ita scribitur i. Pet. v. dicunt naturales **O**rex est piscis adeo magnus q̄ vix eū possunt equi. x. portare. Et iste piscis delectatur in vino qd si multum bibit ex hoc lenescit. ideo prudentes pisces tores qui hoc sciunt cum ceperint ipsum dāt ei vinum bibere et sic intm bibit q̄ inebriatur et a paucis deinceps batulatur. **Moraliter per pisces significantur generaliter homines. Juxta illud Matth. xij. Simile est regnū celozū sage ne misse in mari. Ex omni genere piscium cōgregati. vbi per mare intelligit pñs seculum ppter multa pericula. Sed per omnia genera piscium intelligit bonos et malos. diuites et pauperes. Sed tamen spiritualiter per hunc piscem qui dicitur Orex. et qui est magnus intelliguntur boni et magni homines in virtutibus. qui adeo magni et firmi sunt in suo bono pposito. q̄ multi eū id est. demones quozum quilibet dicitur fallax equus ad salutē. **Em ps. xxxij. Non pñt eos falsis deceptionibus ducere et portare ad peccatū. Sed cum biberint vinum et inebriati fuerint adeo lenes fiunt vt eo facilius sentiunt in omne malum. Exemplū patet et figura in Ioth Gen. xix. Qui adeo magnus fuit i virtutibus vel virtute hospitalitatis. q̄ omnes peregrinos recepit et intm fuit castus q̄ inter zodomitas mansit continens et pudicus. Illū quem zodomani non vici vna vicerunt. Nam filie ipsius eam vino inebriauerunt dicentes vna ad alteram. pater noster senex est. quasi dicerēt. Ito deficiet ei vñtus generandi. et nullus viroz man sit in terra. qui possit igredi ad nos. Credebāt enim vt dicit glo. Sicut per diluuiū oēs mortui fuerant ita et intendio. ideo habuerunt piam intentionem scilicet conseruationē generis hu-****

mani . licet malo medio ad hoc vellent venire
 scilicet per incestum cum patre quod est dete-
 stabile . veni inquit vna ad aliam et inebriamus
 eum vino . quod fm glo . nobiscum portamus .
 Et dicunt aliqui qd in isto vino miscuerunt aliq
 que habebant virtutem inebriandi et prouo-
 candi ad coitum ignorante patre . et sic dormi-
 erunt cum eo et ille non sensit . Quia dicit glo .
 Aoth euigilas de nocte bene aduertit muliere
 iuxta se et cognouit eaz carnaliter . Sed qd eet
 filia ignorauit . quia calefactus vino non reco-
 luit qd vxor sua esset mortua . et ideo credebat
 se esse cum ea . ppter quod dicitur i canone Sa-
 ne . xv . q . i . Sane inquit dixerim ebrietatez vi-
 tandam . per qua crimina cauere no possum .
 Naz sobrii cauemus . per ebrietatem ignorantes
 comittim . nesciunt quid loquuntur . qui nimio vi-
 no indulgent iacent sepulti . Ideo aplos in vbo
 pposito ad sobrietatem nos inducit . cum dicit
 sobrii estote . et mouet ad duo . primo ad sobrie
 viuendum . ibi sobrii estote . secundo ad sollicite
 vigilandum ibi . et vigilate . Quantum ad pmu
 mouet ad sobrie viuendum . Pro quo nota . ma-
 gister li . xvj . pprietatez . Bartho . dicit qd ame-
 thist e lapis indicis iter gemas purpure no
 obtinet pncipatum . Nam ptra ebrietatem fa-
 cit vigil . malam repellit cogitatione . bonum
 affert intellectum . et mollis est ad sculpendum
 Iste lapis moraliter significat sobrietatis vtu-
 tem que cōtra vitium ebrietatis facit hominez
 vigilem . repellit mala luxurie cognitionez et .
 et i sacra scriptura reperitur triplex sobrietas
 necessaria homini vtuoso . debet eni habere so-
 brietate vt sit sciētia sine psumptione i parte i-
 tellectiua . vt sit continētia sine solutiōe i par-
 te sensitiua . vt sit abstinentia sine ingurgitatiōe
 i parte nutritiua . vt dicit Robertus Hol . sup
 li . sap . lec . cxxj . Primo ergo necessaria est ho-
 mini vtuoso sobrietas vt sit scientia sine psum-
 ptione i parte itellectiua . et hac suadet aplos ad
 Roma . xij . Dico eni per gratiam que data est
 mihi . omnes qui sunt iter vos no plus sapere
 qd oporteat sapere scilicet ad sobrietate . vnde
 dicit Sen . ad Lucillum epla . c . xv . Plus scire
 velle qd satis est . intempantie genus est . et epla
 xix . dicit . Quēadmodum alia rerum ita litte-
 rarum intempantia laboramus . S3 nota huic
 sobrietati e ptraria ebrietas psumptionis qua
 qs sentētia sensus . pprii nimis approbat . et ea
 pponderat sententijs melioribus Cōtra qd di-
 cit sapiēs Prover . iij . Ne imitaris pprie pru-
 dentie tue . nec sis sapiēs apud temetipm . vbi
 dicit glo . prudentie sue inicitur qui ea que sunt
 agenda et dicenda videntur patrū decretis p-
 ponit . Et est glo . Hiero . Et ponitur etiā extra

de cōstitu . c . Ne initeris . Sed sapiens e apud
 se qui in illis que ex patre magisterio potuit re-
 cte cognoscere se p ceteris quasi doctioez ex-
 tollit . Et talis hominis psumptuosi signa do-
 cet Hugo li . suo de . xij . gradibus humilitatis .
 Primus inqt in puentu residet . in cōsilijs pri-
 mus rñdet . non vocatus accedit . non iussus se
 intromittit . reordinat ordinata . reficit facta .
 quicqd ipse non fecerit nec ordinauerit no re-
 cte factum estimat . ordinatum iudicat . iudica-
 tes piudicat iudicatuos . Istius etiā conditi-
 ones docet Aris . vij . ethi . c . xij . vbi dicit . qd
 dam sunt nimis mansuri in ppria opinione . et
 sunt ita ptinaces qd nullo mō a suis opinionib-
 bus euellūt Et tles grece vocat histrignomō .
 ab histrion grece qd est fortis latine . et gnomō
 qd est cognitio . quia fortiter opinioni vl cogni-
 tioni intēdunt Et istis attribuit quattuor con-
 ditiones . Primo se habent ad continentez si-
 cut prodigus ad liberalem . et audax ad forte .
 Continens enim vocatur fm Aris . qui contra
 passiones manet fixus in virtute fm rectam in-
 tentionem semper immobilis . Histrignomon ha-
 bet tm de cōtinente qd sibi manet et inobilter
 adheret . hoc autem no est virtuosum fm se . s3
 quando fit fm rectam rationem . vnde sicut p-
 digus ad liberalem excedit . quia plus dat qd
 oportet et vbi non oportet . ita presumptuosus
 excedit constantem virtuose . Quē vocat phs
 cōtinentem . quia adheret plus qd oportet sen-
 sui suo proprio . Sed dicit Aris . de talibus qd
 sunt indisciplinati . quia nolunt ab alijs instrui
 Tercio sunt agrestes quia cum semper volunt
 sequi proprium sensum no possunt de facili cō-
 morari cuz alijs . et ideo necesse habent fieri so-
 litarij parum cōstantes cum alijs . Omnis ho-
 mo qui amicabiliter vult cum alijs conuersari
 multipliciter se debet eis conformare . Et hoc
 docet beatus Aug . di . xij . c . Ila . Quod eni i-
 quit neq contra fidem nec contra bonos mo-
 res esse cōuincitur indifferenter est habendum
 et p eorum inter quos viuunt societate seruā-
 dum . Ideo legitur in histo . Alexandri . Cū ad-
 eptus fuisset regnum psarus statim relicta for-
 ma macedonum in habitu et veste se conforma-
 uit vt eorum beniuolentiam captaret . omnis
 enim singularis fit eoipso odiosus . sicut phat
 Vincen . in spe . histo . li . xxiij . de Cosdre rege
 persarum qui adeo singularis fuit qd cum ho-
 minibus habitare noluit . sed elatus insolentia
 ausus est se deum deozum et dominū dominā-
 tium . et regem regum appellare propter quod
 fecit sibi turrin argenteam in qua vt deus refe-
 dit . Sed cum Eraclius imperator terram suaz
 intrasset . et tam filium Cosdre qd populum ei

Dñica tertia post trinita.

sibi subiungasset ille exitum belli ignorabat. qz
cuz ab omnibus odiretur a nẽmine sibi intima
bat. ideo de terra fuit electus quare dicit Sal-
ustius. vt recitat Albertus in li. politicorum
istos versus. Consulo q̃squis eris qui pacis fe-
dera queris. Cõsonus esto lupis cum quibus
esse cupis. hec est ergo sobrietates prima dicta
sciẽtia. videlicet sine p̃sumptione i parte itelle
ctiua ⁊ hanc docet h̃ apl̃us cum dicit. Sobri-
us estote. Secunda sobrietates est cõtinẽtia sine dis
solutione in parte sensitiua. et ista sobrietates ẽ
ordinata modestia sensuum exteriorũ vt nihil
vage mētis appareat. nihil libidinosũ sed totũ
sit religiosum. hanc sobrietatem habuit maria
mater domini. De qua scribit Vincen. i specu
lato. li. vii. q̃ omnis sermo ei⁹ ita erat gr̃a ple
nus vt in lingua ei⁹ cognoscere deus. semp in
oratione et in p̃scrutatione legis dei permane
bat. illam etiam sobrietatem sensus visus ha
buit ille. de quo legit i vita spa. li. iiii. c. cccxix.
q̃ abbas siluanus habuit discipulum qui iuit
rigare ortum. et dum ibat ad mittendũ aqua ⁊
tegebat faciem cuculla t̃m ad pedes suos in
tendens. Adrigit aut vt quidam frater supue-
niret. et considerans eum a longe quid fecisset
et dixit ei. dic mihi abba vt quid tegebas faciẽ
tuam et sic adaquabas ortum? dixit ei. fili ne
viderent oculi mei ⁊ occuparetur anim⁹ meus
ne in bono opere suo in p̃sideratione eaz ipe
diretur. Sed huius sobrietatis contrariũ est
ebrietas dissolutionis que est vna insolẽtia ge
stus ⁊ ornatus i homine exteriori. ista ⁊ sobrie
tatem i gestu monet vel hortat. apl̃s. i. Tim.
ij. Sic volo viros orare in omni loco eleuantes
pias manus sine ira et disceptatiõe. Similiter
⁊ mulieres orare volo. s. in habitu ornato cuz
verecũdia et sobrietate ornantes se scz nõ cu
riose. ⁊ nõ in tortis crinibus. id ẽ. in crispatis
aut auro. id est. ornamentis aureis. aut marga
ritis scz affixis auro vel argento vel vestib⁹ cõ
futis scz circa collum suũ vel manus ṽl veste
p̃ciosa. videlicet vltra modum status vel p̃so
ne. Sed habere vestes simplices et honestas
q̃ mulieres decet promittentes pietatem per
opera bona. q. d. ita q̃ pecunia non expendat
tur i talibus vanis et curiosis sed in operibus
pietatis. hec omnia ad sobrietatem istam vidẽ
tur p̃tinere. Ideo dicit Aug⁹ in regula. In om
nibus motibus nihil fiat q̃ cuius q̃ offendat
aspectum. Sed q̃ vestrã decet sanctitatez. Et
Ambro. d. offi. li. iiii. Sermones inq̃t p̃ferim⁹
libra iusticie examinantes. vt si grauitas i sen
su. tamen i sermone p̃odus ac i verbis modus
tempantia cordis habeat animi m̃diciam. ius
ticia misericordia ⁊ prudentia pacem. fortitu

do mansuetudinem. hec ille. Ita sobrietate ca
rent dissoluti ⁊ voluptuosi hoĩes q̃ diu sunt i
columnes et sani qui p̃pter corporis caliditatẽ
⁊ animi leuitatem infra semetip̃os nõ possunt
p̃sistere. S3 si febre corrip̃iatur p̃ vnã hebdo
madam vel duas statim fiunt sobrii saltem ad
tempus. ideo signatẽ dicit sapiẽs Eccl̃i. xxxj.
Infirmas grauis sobriam facit aia ⁊. Tertia
sobrietates est abstinentia sine ingurgitatione i
pte nutritiua. Et sic de ea loq̃tur Pa. 4ccl̃i.
xxj. Qualis vita omnib⁹ vinum in sobrietate
si bibas moderate eris sobri⁹. Idẽ 4ccl̃i. xxxj.
Initium vite hominis aqua et panis. glo. i. ci
bus et potus moderatus. De isto etia loquit̃
ap̃lus ad Rom̃. ij. Iuvenes hortare vt sobrii
sint adolescẽtulas vt viros suos amẽt. diligãt
filios suos prudentes castas et sobrias scz in
cibo et potu domus curam habentes. De hac
etiam Prige. omel. xxxvij. Sobrietates omniũ
ṽtutum mater est. Circa hoc notandũ q̃ hec
virtus sobrietates ad multa valet. p̃mo ad cor
poris sanitatem. Iuxta illud 4ccl̃i. xxxj. Sani
tas ẽ anime ⁊ corporis sobrius potus Qui cõ
cordat Chrysos. sup epl̃a ad heb. Et allegat̃
d̃ p̃se. di. v. c. Nihil. Nihil inq̃t salutẽ. sic nihil
sensuũ acumen opat̃. nihil sic egritudine fugat
sic moderata refectio. At infra. fames iquit in
paucis dieb⁹ aufert hoĩem et liberat eũ ex hac
vita penali. excessus ṽo ciboz cõsumit et pu
trefcere facit corpus humanũ. ⁊ macerat egrit
tudine diuturna ⁊ tunc cũ morte crudeli cõsu
mit. Secũdo ad vite diuturnitatẽ. Iuxta illud
4ccl̃i. xxxvij. Qui autem abstiniens est adijciẽt
vitaz. At hec fuit vna causa quare sancti p̃es
tam diu vixerunt. scz abstinentia cibi et potus
Tertio valet ad sp̃ualem ⁊ corporale iocundi
tatẽ. Iuxta illud 4ccl̃i. xxxj. Exultatio corpo
ris ⁊ aie vinũ moderate potatũ. De hac etiam
dicit Chrysos. vbi s̃. Sufficiẽtia inq̃t cuz nutri
mẽto ⁊ sospitatẽ simul etiã p̃curat ⁊ volũtatez
id ẽ. hilaritatẽ fm glo. abundãtia ṽo morbum
facit. ⁊ molestias ingerit. ⁊ egritudine generat
⁊ facit. Qui p̃sonat Greg⁹ i moral. Si a carne
hoc q̃d licet abscindim⁹ mox in spiritu hoc q̃d
delectat iuenim⁹. homo enĩ sobri⁹ delectabili⁹
viuit dormiẽdo ⁊ vigilando. 4ccl̃i. xxxj. Som
nus sanitatis i homine parco dormiet vsq̃ ad
mane. et anima ipsius i ipso delectabit̃. Quar
to sobrietates r̃onis seruat libertatem quã eius
oppositũ scz ebrietas p̃suevit impedire. qz di
cit Hiero⁹ in epl̃is. Qui inebriat mortu⁹ ẽ ⁊ se
pult⁹. Ideo dicit sapiẽs Eccl̃i. xxxj. Ne cõpri
maris in conuiuio vino. Hic oritur dubitatio
vtrũ q̃libet ebrietas seu quilibet excessus in ci
bo vel potu ṽtutẽ sobrietatis destruat. Quod

si verū sit omnis excessus in cibo vel potu mortale peccatum erit. Ad hoc dicendū q̄ duplex est modus siue mēsurā ptinens ad sobrietatē. vnus attēditur in cōmensuratione nature. vñ mensurate sumit cibum et potum qui sumit q̄d necessariū est et sufficit nature. imoderate vō qui sumit plus q̄ necessariū ē. et iste excessus potest esse venialis et mortalis. vnde non oīs excessus destruit virtutem sobrietatis. Alius modus attenditur in compatione boni temporalis ad eternum. vnde fm̄ hunc modū seruat q̄s in sumendo cibum et potum mensuram q̄n tempale bonum non p̄fert vel equat bono eterno. Imoderate vō se habet sumendo cibū et potum cum tempale bonum p̄fert vel equat eterno. Et talis excessus mortale est peccatū et destruit v̄tutem sobrietatis. Quātūz ad secūdum hortatur apl̄s ad sollicitē vigilandū cuiz dicit. et vigilate. vbi nota q̄n homo ī nocte vbi sibi iminet periculūz ambulat. non dat somnū oculis suis sed sollicitē vigilat ne aliquod dānum capiat. et horas noctis numerat attente atq̄ pensat. vt sic se solerter custodiat. Moralliter nox ē p̄sens vita. fm̄ illud *Eccl̄. xxvi.* Anima nostra desiderat te in nocte. i. in p̄sentis vite obscuritate. In ista ergo nocte p̄sentis vite ambulamus in qua multa pericula demonum nobis aduersantiūz habemus. Sicut testatur *Greḡ. in omel̄.* In p̄senti inquit vita quasi ī via sumus. qua ad patriam pergit. maligni autē spūs quasi quidam latrūculi iter nostrū obsident. ideo necesse est vt vigilemus. fm̄ illd̄ p̄s̄ *cxx.* Ecce non dormitabit neq̄ dormitet q̄ custodit israel. id ē. animā que videt hic deūz per fidem. vel hic videt eum in spe. ibi atē in re. i. ī veritate. vnde p̄sens vita ad instar noctis distinguitur ī tres vigilias. quarum quelibet habet tres horas. Prima vigilia est mūdi p̄temptus. In hac debet homo sollicitē vigilare et videre. qz per multas tribulatiōes docet nos mūdus seipsum cōtemnere. Sicut dicit *Greḡ.* Ip̄e mundus cum tot amaritudines nob̄ iniiciat. cum tot calamitates ingeminat. quid aliud nisi vt non ametur clamat? Ista vigilia habet tres horas quia tres sūt res quas affectat hō mūdānus. De hoc *Innoç. de vi. hu. cond̄. li. ij. c. j.* Tria sunt que solent homines affectare opes. voluptates. et honores. de opibus praua de voluptatib̄ turpia. de honoribus vana. p̄cedunt. Prima ergo hora est p̄temptus opum aut diuitiarum. debent ergo diuitie p̄temni. qz nihil sunt *Sap̄. xij.* Diuitias nihil dixi esse ī cōparatione illi. scz sapiētie. sup̄ quo dicit *Hol. lec. lxxxix.* Unde dicūt diuitie nihil quia. p̄ eis se homines ānihilant. irritando insidiādo

machinando et bellando. Nam p̄pter diuitias vnusquisq̄ ānihilare nititur alium. Secūdo dicūt nihil. qz in maxima necessitate scz ī morte et in iudicio non iuuant. q̄n homo maxime indiget. tunc dominū suum derelinquūt. Iuxta illud p̄s̄. *lxxv.* Dormierunt somnum suum scz mortis omnes viri diuitiarum et nihil inueniunt in manib̄ suis. Et *Job. xxvij.* Diues cuiz dormierit nihil secūz affert. aperiet oculos suos et nihil inueniet. Tercio dicūt nihil. quia non faciant animū possidētis. Sicut vacuum d̄r nihil *Eccl̄. i.* Non faciabitur ocul̄ visu nec auris auditu implebitur. nec mirum. qz omnia terrena sunt vacua. *Hiere. iij.* Asperi terraz et ecce vacua erat et nihil. Secunda hora est cōtemptus voluptatum. quia dicit *Chryso. in li. de repatione lapsi.* Quid p̄fuit illis qui ī luxuria corporis et in p̄sentis vite voluptatib̄ vsq̄ ad diem vltimum p̄manserunt? intuerē nūc sepulcra eoz et vide si est in eis aliquid iactantie seu vestigium. Si aliqua luxuriarum vel diuitiarū signa cognoueris. require nunc vbi vestes et ornamenta peregrina. vbi spectaculoz voluptas. vbi et secutoz turbe. cōuiuio cessit opulencia risus ioc̄ et imoderata atq̄ effrenata leticia quo abiit. quo abscessit. vbi illa nunc vbi ip̄i. quis finis vtrozūq̄? intuerē diligenti et accede ad singulorum sepulcra. Et recordare hunc esse corporum finem etiam si ī delitijs et leticia. Si in labore et cōtinentia trāsierint vitam. hec *Chryso.* In illa hora si ista cogitaueris voluptatem nō amabis. Tercia hora est contemptus honorūz. Unde dicit *Robertus Hol. super li. sapiē. lec. lxxxix.* Honor mundi ē quasi equus eleuans hominem a terra et portans eum suauiter. Quia delectabi est homini honorari per mysteria hominum. adulationes et inclinationes genuflexiones et vocari domine et magister. Sed caueant isti honorati. qz iste equus est valde dolosus. Iuxta illud p̄s̄. *xxij.* Fallax equus ad salutem. quia in fine suos affensores grauiter p̄cipitat. ideo dicit *Bern̄. i. li. de p̄temptu mundi.* Eya q̄ durissimūz iudiciū bis qui p̄sunt fiet. ascendet superbia tua semper sequere regem tuum. omne sublime videāt oculi festina multiplicare p̄bendas. deinde ad archidiaconum euola. deinde ad platurā aspira. quoniam sic itur ad astra. vt altiori gradu grauior casus sit. neq̄ enim sic paulatim decides. Sed tanq̄ fulgur impetu vehemēti quasi alter sathanas deisceres. Secunda vigilia est appetitus v̄tutum. et certe multum debēt homines vigilare circa v̄tutes et appetere illas. qz virtutibus nihil est vtili hominibus in hac vita. *Sap̄. viij.* Diuitie etiam corpales auferri p̄nt.

Dñica tertia post trinita:

sed nō spirituales videlicet virtutes. **I**deo fm
plm. virtus bonum nostrum est. pprie tamen
bona fortune sunt nobis bona aliena. Sed bo
num pprie nulla vis a nobis excutit. **I**uxta il
lud **Gen.** nō potest auferri ab hominibus vir
tus. nec in vita nec in morte. **Q**ui cōsonat **Tu**
lius. Omnia inq̄t alta caduca sunt v̄tus. **U**na
ē altissimis defixa radicibus. ista vigilia circa
virtutes tres habet p̄ncipales horas. **P**rima
est pura oratio. de qua dicit **Cassiodorus** sup
illud. **lxxxvii. ps.** Intret oratio tua in conspe
ctu tuo. **V**irtus magna hic pure orationis no
tatur. quia p̄sona quidez ad deum intrat et m̄a
datum peragit quo caro nequit peruenire. **E**st
enī quasi quedaz auicula aquilinis p̄nis celū
penetrans et vsq; ad sedez dei pertingens. **E**t
velut apis de fauo secreti cordis munerata re
cedit de flore. tamen qui ch̄risti secunda reuer
titur nec inde floris substantia minuit de ipsa
Ariam dicit effrem in li. de luctationibus secu
li. **S**ancte et pure orationes et p̄fabulatiōes et
colloquia dei sup et magna exultatione ad deū
ascendunt angeli et archangeli eis occurrunt
et suscipientes eas vsq; ad thronum glorie dei
sancti perducunt. **S**ecūda huius vigilie appe
tit videlicet v̄tus est lachrymarū effusio. **D**e
illis **Aban**us super **Mat.** **P**roprietates la
chrymarum sunt quattuor. **S**unt enī humide
vt sordidū cor abluāt. calide vt frigidū cale
faciunt. **S**alse vt fetidum condiant. amare vt
delectationem cordis temperent. vno ergo mo
mento deum pulsant. scelus rigant. animaz la
uant. ignez inferni extinguūt. qd nō faceret to
ta aqua maris. **T**ertia hora est elemosynarū
largitio. qz dicit **Leo** papa in quodā ser. **P**eli
tie nostre sunt opa pietatis illisq; cibis implea
mur quibus ad eternitatez inuitamur. **S**enti
ant omnes pauperes humanitatem in quibus
iunadis nemo est qui non possit aliquā exequi
beniuolentie portionem. **T**ertia vigilia ē eter
norum desiderium. in hac vigilauit p̄pheta qm̄
dixit **ps. xli.** **S**icut desiderat ceruus ad fontes
aquarum. ita desiderat anima mea ad te deus.
Pec vigilia habet tres horas. **P**rima est obli
uio tēporaliū ad quā hortatur ch̄ristus **ps.**
xliii. quālibet animā. **A**udi filia et vide et incli
na aurem tuam et obliuif. populū tu. et do. pa.
tui. **E**t ponit rationem. **E**t. i. quia p̄cupiuit rex
decorem tuum. qm̄ ipse est dominus de⁹ tuus
Et hoc dicit contra illos qui hic pecuniaz et tē
poralia colunt p̄ deo. **S**ecunda hora est p̄tem
platio celestium. in hac hora vigilauit **Hiero**
quando scripsit sup **ps.** **S**i fieri posset qd aliq̄s
vno die tm̄ in regno celorum esset et postea p̄ci
pitat⁹ decideret recte quoq; dicere possit. **D**e

lius est dies vna in atrijs tuis super milia. **I**n
ista etia3 hora vigilauit **Ansel.** in prologo
sic dicens. **Q**uid p̄ incerta vagaris o homūcio
querendo bona creata? ama vnum bonū i quo
sunt omnia bona. **S**i delectat pulchritudo ful
gebunt iusti vt sol. **S**i libertas aut fortitudo si
miles erunt angelis dei in celo. **S**i longa et sa
lubris vita. ibi sanitas eterna. **S**i facietas aut
ebrietas satiabunt de gloria domini et inebriā
tur ab vbertate domus dei. **S**i melodia ibi ca
nunt angeli. **S**i societas et amicitie. ibi beato
rum societas. et omnium vna voluntas. **S**i ho
nores et diuitie. quia gloria et diuitie in domo
eius. **S**i securitatis certitudo. ibi omniū tem
porum erit longitudo. **C**or humanū cor in
digens cor expertū erūnas. imo obrutū erū
nis quātū gauderes. si in his omnibus abūda
res. interroga intima tua. **S**i cape possent quā
tum gaudium suum de tanta beatitudine foret
hec ille. **E**cce qualiter celestia contemplatus ē
Et hec si quilibet homo contemplaretur p̄sen
tia non tm̄ quereretur aut amaret. **T**ertia hora
est ingressus in regnū. in hac vigilauit **Dauid**
cum dixit. **E**tatus sum in his que dicta sunt
mibi i domum domini ibimus. **ps. cxxi.**

Dominica tertia post trini
tatis. **S**ermo secundus.

Erant appro

pinquantes ad **I**esum publicani
et peccatores vt audirēt illū **Luc.**
xv. **A**ria sunt pp̄e que vnaqueq; res alteri ap
propinquat. **P**rimū ē inclinatio naturalis. **S**e
cundū necessitas corporalis. **E**t tertium vtilitas
specialis. propter p̄mum lapis appropinquat
ad fundum. quia dicit **Aris.** in de celo et mūdo.
Omne leue sursum. et omne graue deorsum. p
pter scdm̄ necessitas vrgens famelicos facit
appropinquare ad cibum et facit infirmos ad
medicum p̄perare. **D**e primo legitur **Iob. vi.**
de multitudine maxima que necessitate cōpul
sa venit ad ch̄ristum quos ille vsq; ad facietate
tem pauit. **D**e secūdo **Matth. viij.** legitur qd
Anturio accessit ad medicum ch̄ristum petēs
pueri sui sanitatez. p̄pter tertium mercator au
diens for̄ in aliqua ciuitate ad ipsū vt aliqd
lucreretur appropinquat. **M**oraliter p̄pter hec
tria debet qlibet peccator ad iesum appropin
quare. **P**rimo propter inclinationem natura
lem. **N**am quilibet homo cum peccat a deo se
elongat. **S**i testatur magister. li. ij. sentētiaz
di. xxxv. c. vj. **A**b eo se inquit elongat per pec
catum non loci distantia qz vbiq; tot⁹ et p̄sens